

Porriger: hunc igitur celebrent dulci omnia laude
Quæcunq; axis habet, quæcunq; sub axe polorum
Præpetibus pendent pennis, atq; humida tranant
Nubila: quæcunq; in terris ac fornice mundi
Vitalem spirant auram: quæcunq; profundus
Horrida marmoreo fert monstra sub æquore pötus,
Namq; sacrosancti sublimia templa Sionis
Extruit ille, sibiq; extracta referuat & vibes
Fortis Iuda tuas renouat, firmo aggere muros
Circumdat: sterilesq; diu incultosq; vicissim
Purgat agros, recolant excultæ vt iugera terræ
Agricolæ: atq; tuo natum de semine germen
Floreat æternum, donec per tempora iusta
Excrefcens Domini prouentibus horrea lætis
Impleat, vt soboles longi quam temporis ætas
Proferet, his uti, victumq; haurire diurnum
Inde queat, gratésq; DEO pro munere tali
Soluens ætrno det vota, precésq; tonanti.

FINIS



PARAPHRASIS
PSALMI XXII. DEVS DEVS
MEVS, RESPICE &c. CAR-
mine Elegiaco expressa à
Iohanne Pavyza Colino.

AD LECTOREM.

Qui sacra nutanti modulantur carmina seclo,
Causa mouentur duplici:
Nempe DEVM ut celebrent, cœu priscis eruta libris
Dum scripta luce condunt,
Et patriæ profint, quod sit si commoda vitæ
Et grata utriq; scripserint.
Tale fuit studium nostro, nec inutile, vati
DEVM colenti & patriam:
Id, lector, gratis, studiose, amplectitor ulnis,
Ceptis fave recen tibus.
Quod potuit, fecit: meliora urgentibus annis
Et plura vulgabit. Vale.

Georgius Carolides.

PRAGAE EXCVDEBAT DANIEL
Sedefanus.

AMPLISSIMO PRVDENTISSI-
moꝝ Novæ Colonix Senatui & populo,
Dominis meis, bonorum observantia
dignissimis. S. P. D.

In patriam pietas, inte mens grata, Senatus,
Fecere, imparibus dicier ista modis:
Tu, cui nota mea est pietas: cui cognita mens est,
Magnorum hæc instar dona, Senatus, habe,
Meꝝ simul, patremꝝ meum, patriosꝝ penates
Subjectos alis perge fovere tuis. V.

Iohannes Pavyza Colinus.
è Collegio Nazareth.



1997 KK 69
AKC. 16 / 8

PARAPHRASIS

PSALMI XXII. DEVS DEVS

meus respice in me &c. Carmine

Elegiaco expressa.

QVi tua narrabam junctis oracula signis
Et toto sparsi nomen in orbe tuum:
Cur premor abjectus? cur me non respicis? an
Te Deus, invito, turba scelestæ premit? (me
Clamo: per vacuas clamor dispergitur auras.
Oro: nullus adest ferre paratus opem.
Sive fugatura Titanis conjuge noctem,
Prævius auroræ lucifer altus eat,
Sive polum teneat nox pallida, nulla vocanti
Est requies: questus irrita verbi mei.
Tu cælo, Deus alme, manes, tua Regia cælum:
Laudibus, Isacidum gens, tua facta vehit.
In tua spem nostri posuerunt numina patres,
Spes neꝝ quam fovit pectus, inanis erat.
Præsidium miseris dederas, solatia mæstis,
Lapsa salus, illis te duce firma fuit.
Hi medico dubiam tibi commisere salutem
Illis tu medicus factus, & ipsa salus.
Si quid erat durum, crectis ad sidera palmis
Non ullas vano sine dedere preces.

Et memo

Et memores, dignas, meritorum, pendere grates
Cura illis, nullo pulla pavore, fuit.
Ipse autem quasi vermis eram, quem putidus hu
Vere novo, caelis imbre cadente, parit, (mor
Fecibus é vili factus ludibria plebe,
Indignusq; hominis nomine, verus homo.
Quot quot in abjectos fixerunt lumina vultus
Illulere meis, obvia turba, malis.
Elatum movere caput, ronosq; minati
Talibus in lachrimas, obstrepuere, meas:
In nunc auxilium à domino roborq; petitem,
Cui commissa tuæ cura salutis erat.
Insidijs hominum nunc te eximat: athere mittat
Auxiliatrices ad tua vota manus.
Te saluet (sobolem optatam) quem diligit: à
Omnia naturæ jura potentis habes. (quo
Eccum diuino securum numine: quàm nunc
Multa illi caelo turba ministra ruit.
At pater omnipotens, qui me genitricis ab aluo
Susceptum hanc seruas mitis ad usque diem,
In te sperabam, dum matris ab ubere pendens
Vagitu docui mystica fata meo:
In te projectus vitæ omnia fila trahebam
Et tua mi nullam dextra negauit opem:
Nunc quoq; (præsentem nam sæua pericula mor
Summaq; prædictæ nomina cladis habent) tem
Ne dis

Ne discede procul, nèu justum desere, non est
Qui forti imbellem seruet ab hoste manu.
Efferat taurorum me vis circum sidet agrum,
Et veluti prædam dum Leo quærit, hiat.
Exseruere suas in me pecudum agmina fauces
Ut vincant animi me pereunte famem.
Ipse velut manans diffusa sub aggere lymphæ
Totus in exsanguis corpore laxus eram.
Ossa calor solitus fugit, præcordia ceræ
Solis ad ardorem more liquentis erant.
Aruit afflicto sic nostra in corpore virtus
Testa velut nulla quando madescit aqua.
Lingua rigens siccis in faucibus hæsit, & ipse
Funereos steteram flebilis ante rogos.
Namq; canes stringunt dentes, cæcisq; malorum
In mea consilium damna tulere malum.
Perfodere manus hasta, terebramq; secuti
Fixere in tremulos spicula dira pedes.
Sic etiam lumbos traxere ut singula passim
Dinumerare queas corporis ossa mei.
Nec tamen hæc satias animum saturare fament
Nec potuit sævæ gentis abire furor:
Illulere mihi tanta infortunia passo,
Causa q; lætitiæ noster amaror erat.
Diuisere meos, ceu prædam raptor, amictus,
Et super est vestem tessera jacta meam:
Tu De

Tu Deus auxilio venias, succurre labori,
Quamq; soles misero ne mihi differ opem.
Erue ab hostili me fortiter ense, feriq;
Ne mea discerpant membra, repelle, canes.
Prædones compescé lupos, compescce leones:
Ne cornuta animam bestia vexet, age.
Et tua sic toti pandam miracula mundo
Et fratrum in medio te celebrabo choro.
Vos quoq; qui domini facitis mandata, sonate
Carmina, præcones nominis este Dei.
Quin etiam istius sis mecum nuncia laudis
Omnis Iacobi turba profecta domo.
Israël aversos nunc læta revertito vultus
Et celebra lingua liberiore DEVM.
Non etenim spernit miseros, sed curat, & omnes
Quas damus attenta percipit aure preces.
Pauperis est tutor, blando respectat egenum
Vultu, in pupillum pectora patris habet.
Iure igitur laudes medijs in cætibus edam
Et tollam digno nomen honore suum.
Ipsius allectæ hac inopum bonitate catervæ
Ibunt ad sacras, mente famente, dapes:
Discedent saturæ, celebrabunt carmine nomen
Et dicent laudes pectore & ore suas.
Perpetuum vivent animis: & quotquot anhelant
Ad dominum recto tramite ferre pedes.

Talir

Talia convertent totum spectacula mundum
Nulla sit ut veri nescia terra Dei.
Sarmaticæ agnoscent cælestia numina gentes
Diuinocq; dabunt colla superba jugo.
Machina nam rerum tota est Dei, & ipse trifor/
Aequora, tellurem, sydera, mente regit. (mi
Imperium sine fine suum est, immensa potestas
Quæ vel nolentes ad sua iussa trahit.
Ipsius accumbunt, terrestria numina, mensæ
Et domini vultus cominus ante cadunt.
Huic mea mens vivet, nostrocq; é sanguine nati
Ejus in æternum nomina sancta colent.
Seracq; posteritas venturo edifferet ævo
Facta DEI & veræ nuncia laudis erit.
Conscia justiciæ cælestia lumina fundent
In populos tanti semina grata boni.



S Y M B O L V M.

OS INNOCENS A
RISV, ERVTVM EX NOMI-
NE ET COGNOMINE NOBILIS VIRI IO-
ANNIS SCORNII à FRYMBVRG, EXPLICATVM,
QVE DVOBVS EPIGRAMMATIS,

(1680)

A.

Dauide Crinito Nepomucæo ab Hla-
uatzoûa.

Z O J L O,

Hæc quoq; non modicos taxantia carmine risus,
Zoile, si spurco rodere dente voles,
Quid nisi risus eris? quo si nil forte mouère,
Ne post pressa geras stigmata fronte, caue.

P R A G Æ,

Excusum in Officina Georgii Nigrini

A N N O.

CIO IC. LXX XI.

Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

